Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



170.

ysai suu, strauit arma sua
et surrexit, et abiit i domu
sua, et in ciuitate sua, et
disposita domo sua, suspen-
dio se interfecit, et sepultus est in
sepulchro patris sui. David
autem uenit in castra. Et ab so-
lon transiuit iordanem ipse et
omnis uiri israel cum eo. Ama-
sam uero constituit ab solon
super exercitum. Amasa
autem erat filius viri, qui voca-
batur itheri de iesrahel, qui in
gressus est ad abigail filiam
naas sororem saruie, que
fuit mater ioab. Et castra
metatus est israel cum absolon
in terra galaad. Cumque uenisset
david in castra maduan, so-
bi filius naas de rabbath fi-
liorum ammon, et machir
filius ammiel de lodabar, et
barzillai galaadites, de ro-
gelim obtulerunt ei stratorium
et cuparia, et uasa fictilia,
frumentum et hordeum et frui-
ta, polentam et fabam, et
lentes frixam, mel
et butyrum, oues et pinguedines
uitulorum, dederunt david
et populo qui cum eo erat ad
uescendum. Suspicati sunt enim
plebem fame et sitis fatigatum in
deserto.

Cum igitur recensuisset david populum
suum, constituit super eos tribunos
et centuriones, et dedit populi
tertiam partem sub manu ioab,
et tertiam partem in manu abisai
filii saruie fratris ioab, et tertiam
partem sub manu athai, qui erat
de gath. Dixitque ad populum
rex. Egredior et ego ve-
nisse uobiscum. Et renuit populus. Non
enim fugiemus
hoc magno opere, ad eos de
nobis pertinebit, sive media
pars ceciderit e nobis, non satis
curabunt, qui tui sumus, si decem
milia nostrum perierint. Melius est
igitur, ut sis nobis in urbe
presidio. Ad quos rex ait. Quod
vobis uisum fuerit hoc faciam.
Stetit ergo rex iuxta portam,
egrediebatque populus per turmas
suas centenas et millenas. Et
precepit rex ioab, et abisai
dicens. Seruate mihi puerum
absolon. Et omnis populus audie-
bat precantem regem cunctis
qui principibus pro absolon. Egressus
egressus est populus in campum
contra israel. Et factum est prelium
in saltu effraim, et cesus est ibi
populus israel a seruis
david. Facta est plaga magna
in die illa xxti milium. Fuerunt
autem ibi prelium dispersi super
faciem terre. Et multo plu-
res erant quos saltus consumpsit
quam de populo, quos hii quos
devorauerat gladius in die illa.
Accidit autem ut occurreret absa-
lon seruis david sedens mu-
lo. Cumque ingressus fuisset
mulus subtus condensum quer-
cus, et magnum ceperit ca-
put eius quercus, et illo
suspenso inter celum et terram,
mulus cui insederat pertransiit.
Vidit autem hoc quispiam, et
nunciauit ioab dicens. Vidi
absolon pendere in quercu.
Et ait ioab uiro qui nuncia-
uerat ei. Si uidisti quare
non confodisti eum in terram et
ego dedissem tibi argenti
siclos, et unum balteum. Et